

I. N. I.  
DISPUTATIO ETHICA,  
D E  
M O D E S T I A,

Q U A M,

Ex Consensu Venerandæ Facultatis Philosophicæ,  
in Regia Aboensi Academiâ,

Rectore Magnifico,

D. O L A O WEXIONIO, J. U. D.  
eiusdemq; Facultatis Professore consuliſſimo.

Decano Spectabili,

M. A X E L I O K E M P E, Phil. & Pract: &  
Hist: P. P. Excellentissimo.

S U B P RÆSIDIO

Reverendi & Praclarissimi Viri,

M. P E T R I A. B E R G I I, Ebr: & Græcæ  
Lingg. P. P. celeberrimi Promotoris & Fautoris  
sui plurimūm colendi,

Pro honore, & Privilegijs in Philosophiâ solitis,  
publico Examini submittit,

P E T R U S J. W A N Æ U S, FINNO;

Ad diem 7. Junij, in Auditorio maximo,  
A. Cb. M D C L X I. hortis solitis.

A B O Ä,

Excusa à PETRO HANSONIO Acad. Typ.

*Nobilissimis & Fortissimis*

**E R I C O** Blff/ de Knapkågra & Frégdéhöle/  
Centurioni Equestri, Vitrico meo, filiali planè  
amore colendo;

**E R I C O** Stiernfors/ de Holma & Hackala &c.  
Vice-Centurioni Equestri; Avunculo meo pluri-  
mum suspiciendo,

*Claris: & Speciatiss:*

**M. ERICQ JUSTANDRO**, in Regiâ A-  
cademiâ Aboënsi Poëscos Prof: P. Benefactori & Hospiti meo  
debito gratæ mentis cultu æternum prosequendo,

*Strenuo & Bellica laude spectato*

**M A R T I N O E R I C I**, Centurioni pedestri,  
Cognato meo omni honore & officijs afficiendo;

*Reverendo & Humanissimo*

**D N . A R V I D O R O T H O V I O**, Sacella-  
no in Pälkene vigilantissimo, Affini meo honoratiss:

*Integerrimis & Prudentissimis*

**L A U R E N T I O J O H A N N I S**, Præfecto  
in inferiori Satacundiâ Regio, Evergetæ meo benevolen-  
tissimo, meritâ devoti pectoris affectione æta-  
tem honorando,

**H E N R I C O C L A U D I I**, Præfecto Gene-  
rosissimi Zottii/ in Liuyela & Niemis &c. Fautori  
meo observando,

*Parvam hanc Disputationem, pro maximis & in-  
numeris beneficij, in gratiss: mentis sym-  
bolum, dedico,*

P: Wanæus J. F.

**C**um iussu Venerandæ Facultatis Philosophicæ materiae publici Examinis aliquid debuerim; Et tan-  
ta festinatio ac perturbatio rerum mearum, subtile et  
exquisitum quid non admiserit; placuit de Modestia  
paucissimis scribere, ut quæ et ad præsentem actum  
quadret, et accuratâ etiam observatione dignissima  
sit. Spero itaq; tam Venerandam Facultatem quam  
alios in hoc mibi æquarimes nec tam mihi quam tem-  
poris angustiæ brevitatem hanc imputatueros. Pro-  
posito nostro Deus O. M. clementer benedicat!

## THESES I.

**C**um omnis rei tractatus, monente Arist. ab  
ipsa Definitione incipere debeat, id hic quoq; ob-  
servandum est. Est ergo Modestia Virtus Moralis, in me-  
diocribus honoribus appetendis, fruendis et fugiendis, debitam  
mediocritatem servare docens.

**II.** Vox Modestiae sumitur 1. Generaliter, & sic quam-  
vis animi moderationem, Verecundiam ac pudorem  
notat, hoc modo Cicero eam accipit, lib. 2. oft. ubi in-  
quit: Si est in oratione mixta Modestiae gravitas, nihil ad-  
mirabilius fieri potest. Et c. In hac generali significatio-  
ne, objectum ejus sunt, loquela, risus, gestus corporis  
omnesq; motus animi, præsertim in rebus secundis.  
2. Specialiter, pro virtute, honorum cupiditatem mo-  
derante; quæ hujus est loci.

III. Datae Definitionis genus est Virtus Moralis; idque merito, quia Virtutis definitio, sive ab Arist. sive Nob. Gylstenstolpe alijsve tradita, Modestiae competit. Differentia ab objecto duplici, interno, honorum appetitu, externo, honoribus mediocribus; & à duplicitate actu, appetere aut fugere honores, desumpta est; quæ generi addita, hanc & non aliam Virtutis speciem constituit, eamq; constitutam, ab omnibus alijs distingvit.

IV. *Modestia*, ratione *Officiorum* considerata, docet Virum modestum non ambitiosè honores venari, sed debitos suæ virtuti modestè accipere; de obsfatis effusè non gaudere; de negatis non dolere. Gyllenst. Erg. Virt honores vero in se ab alijs collatos, adversus sycophantarum morsus, debito modo defendere; & in honoribus acquisitis acquiescere, suâque sorte contentum esse, nec immodicos appetere, quæ imbecillitas summa est. *Subjectorum* vero respectu pensata, non tantum in mente delitescat, sed etiam in verbis, factis & gestibus efflorescat; unde subjectum ejus est, non sola mens humana, sed etiam verba, facta, & gestus. In illâ est *symbolus*, iu his vero *symbolizans* & representativè.

V. Extrema Modestia consistunt, vel in *excessu*, in excessu, & vocatur *Ambitio*; vel in *defectu*, & vocatur *honorum contentas*, seu *nimia animi demissio*.

VI. *Ambitio* est vitium, modestiae in excessu oppositum, quo quis vel maiores ambit honores, quam aut sua Virtus exigit, aut æquitas, & præsens temporum conditio permittit; vel meritos licet sibi honores, nimis tamen cupidè ac immodestè persequitur. Huic affinis est *presumptio*, quâ ea quæ non insunt, vel etiam

etiam majora, quam revera insunt, nobis vendicamus;  
quae ambitionem gignit.

VII. *Nimia animi demissio seu honorum contemptus,*  
est Vitium. *Modestia in defectu oppositum, quod omnem*  
*honorum cupiditatem abjecimus; immo ne debitos qui-*  
*dem ambimus; ultrò autem oblatos, vel planè repu-*  
*diamus, vel a grē admittimus, indiligerter gerimus,*  
*& nulla prouersus curā custodimus.*

## Quæstiones.

I. *An honores appetere, vel recusare liceat?*

Prius Quæstionis membrum limitate verum est; qua-  
tenus videlicet honor est Virtutis præmium, viro virtu-  
te prædicto, à congruente ejusdem judice collatum, ut  
Virtus ejus resulgeat, cæteriq; hujus exemplo ad Vir-  
tuem excitentur. Ut ergo Virtutem appetere, sic quo-  
quæ bonorem. Virtutis calcar, non modò licitum, sed  
etiam laudabile est, ejus namq; desiderium optimis in-  
genijs, naturâ implantatur. Hic quoq; disting. 1. In-  
ter honorem verum, qui ex virtute fluit, eumq; semper  
comitatur; & falsum seu fucatum, qui fundamento ca-  
ret. Is licite appetitur, hic non. 2. Inter moderatum  
appetitum veri honoris, & immoderatum; quorum prior  
licitus, posterior turpis & illicitus est. Posterius quod  
concernit, veri honoris contemptum, (contrâ Dioge-  
nem Cynicum, & Anabapt. qui ut omnem Magistra-  
tum, ita quoq; honorum gradus contemnunt) penitus  
rejiciendum statuò, quia pugnat 1. Cum ordinatione  
divinitâ, 2. Cum Decalogo. 3. Cum naturâ, 4. Cum  
verâ Politâ, 5. deniq;, cum rectâ ratione.

II. *An aliquis modestè proprias laudes allegare possit?*

Primo intuitu hoc incongruum videtur, juxta illud:

Nec Te collaudet &c: & Propria laus sordet. Verum qui non primariò, sè jactandi, sed consequenter, calumniæ refellendæ gratiâ se laudaverit, adhuc à tramite Modestia non deflexit. Est certè hæc vera cujusque hominis laus, suam innocentiam aduersus malevolorum calumnias & morsus, legitimè tueri, partesq; officij rite administratas decenter attingere; quod ipsum Salvatorem in statu exinanitionis, multoties fecisse constat, quo summam vitæ suæ, & officij rite præstiti sanguimoniam, aduersus Pharisæos, & quovis calumnatores, consequenter demonstravit.

*III. An homo virtute præditus, semper honore dignus censendus?*

Non desunt, qui existimant, homines Virtuosos, aliorum injurijs & calumnijs, honore suo spoliari, nec aliter eundem recuperare, nisi par pari referant. Verum toto errant cœlo; nam positâ virtuté, & hinc fluente honestâ actione, honor suâ sponte sequitur; atqui in Virtuoso, quâ talis, semper manet Virtus, & Virtuosa actio, E. etiam honor fundamentalis, quia se habent, ut causa & effectum; quâ positâ, hoc necessariò ponitur. Ut ergo nemo suis convicijs & calumnijs alij Virtutem, itâ nec honorem eripere potis est. Quamobrem, licet Vir bonus & honestus præter meritum, injuriâ ab aliquo afficiatur, at tamen' propterea, non minus quam anteâ fuit, honore dignus est.

*IV. An bene meritus, in celebri conventu illæsa Modestia, possit agrè ferre, si interdum debitus honor sibi non contingat?*

Congruum existimatur, Virtutis amore, pauca svavia, multaq; gravia perpresso, honorem suum debito jure semper

semper exactum irē; verūm hospiti colloquanti refragari, rusticitatem sapit; & quia benē meritus lumen est, ideo quemvis locum per Virtuosam suam indolem illustrabit, quō factō, ad digniorem deinceps omnino promovet, quoniam *alta iudicium mores nobilitatis habent.* alias, si ipse palām affectaret, Modestia jacturam velociter ficeret.

*V. Utrum Extremorum, Modestiae oppositorum,  
deterius sit?*

Cum omne vitium suā naturā turpe & nocivum esse extra dubitationis aleam sit, ideoq; & hæc vicia talia esse, necesse est. Sed in collatione ad Iesum invicem, ambitionem animi demissione, seu honorum contemptu deteriorē, ideoq; magis vitandam deprebendo, 1. quia homines ambitionis vitio laborantes, *Diabola similes* fiunt; illæ enim superbiæ pater & origo, ob nimiam honoris cupiditatem, è cœlo turbatus esse creditur; & *Salvatori*, ut se ad pedes ejus prosterneret, eumq; adoraret, mandare non erubuit; nonquam autem honorum contemptu, & animi demissione peccasse legitur. 2. *Ambitio* etiam est Vitium longè frequentius, magisq; officit publicæ utilitati; ideoq; contemptu honorum deterius, magisq; fugiendum.

Soli Deo gloria

---

**Q** Uæritur & merito vox undē est orta Magistri?  
Hæc cum non Latio sit benē culta sono.  
An qui Artes, partēsq; suas *mage tergi* quaterq;  
Perdidicit felix, ille Magister erit?

Haud-

Haudq; refragor in hoc vulgo: sed differo liber.

i'swq ēst may @s, experiens, sapiens.

Persica vox Magus est: à queis sapientis ducta,

Ad Græcos: quibus hæc Philosophia placet,

Ille Magister erit, sapiens qui, quiq; peritus,

Res naturales pensat ingenio.

Gratulor inde tibi mi Præstantissime PETRE,

Quod tandem studijs invenias requiem.

Det DEUS ulterius tibi portum fine beatum.

Vivere quo possis Tiq; Tuisq; bené.

Hoc Heptasticho, SUO jam per multos annos oμοσίτα  
κρù ομο-χορις Præstantissimo & Doctissimo Dño.

Petro Wanæo, Philosophia Candidato, feliciter &  
fausta quaerens ad promotionem ipsius Magisterialem,  
applaudere & gratulari voluit non ut debuit, sed ut  
in tantâ festinatione potuit Feria 3:a Pentecostæ.

ERICUS JUSTANDER  
P. P. Aboæ.

---

V Itabis Libitinam & PETRE posterâ

Cresces laude recens, Melpomene comam

Dum lauro viridi cingit & inserit

Te doctum sophicis vatibus: inclytum

Secernit populo te modo Delius.

Ornatus viridi tempora pampino,

Vives carminibus, que Polyhymnia

Denabit meritis premia maximis.

Humanissimo Dn. Candidate, Amico veteri & perdilecto  
novos honores l. mq;: hoc schedio gratulab;

MARTINUS MILTOPOÆUS

Eloq: Prof, P.